


MAXIMILIANO Friderici Tertij ex Leonoræ filio, patre adhuc uiuente regni sunt traditæ habenæ, qui paulo post Burgundiam ingressus Mariam Caroli Ducis filiam unicam in coniugem unà cum regno accepit, mox Matthia rege Pannonum defuncto, eius ditionem sibi uendicauit, Princeps hic magnus bello, desuetam militiei Germaniam iterum armis assuefecit, pace tamen nihilominus præclarior, ore probo, statura quadrata, quæ imperatoriam præferebat maiestatem, uenationi adeò deditus, ut frigora & æstum iuxta poneret. linguarum peritia non omnino ignarus, maxime autem literatorum patronus, dicens palam. Eos se amare quos natura alios ante stare uoluit: cuius dũ prima extincta coniunx Galeatij ducis filiã